



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ulrichi Hvtteni Equitis Germani Opera Poetica

Hutten, Ulrich von

[Frankfurt am Main], 1538

VD16 H 6395

Responsoria Ad Italiam Maximiliani Cæs. Autore Helio Eobano Hesso
Germano.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13027

ITALIAE.

Despiciunt Veneti ciues te, Gallia temnit,
Vix aliquid sperat, quisquis amicus adest.
Finguntur medijs in te omnia turpia scenis,
Contemptuq; carent nulla theatra tui.
Audiui, & puduit recitari carmina de te,
Et qui te ridet, ingeniosus is est.
Atq; aliquis medio iam sol ubi lucet olympos,
Accenso quæ erit lumine, Cæsar ubi est?
Quam fuit indignum, tibi non parere iubenti,
Tam tua maiestas læsa tuenda uenit.
Per genus egregium, clarisque insignia factis
Sceptra, per Austriacæ stemmata clara domus,
Per decus imperij, maiestatemq; uerendam,
Per qui te his rebus præposuere deos.
Perq; tui, iaceant quæ molliter, ossa parentis,
Per quæ te insomnem cura nepotis agit.
Rumpe moras oro, ser opem, rebusq; caducis
Auxilium præsta, suppetijque leua.
Sic tibi quam fera est, tam non elangueat ætas,
Sic superet clari Carolus acta patris.
Quæ iam planè omnem amisi uocemq; coloremq;
Absimilis non est cuius imago neci.
Quam casus minuere graues, quæ mortua credor,
Exurgam aduentu profiliamq; tuo.

**RESPONSORIA AD
ITALIAM MAXIMILIANI CAES.**
Autore Helio Eobano Hesso Germano.

RESPONSORIA

MAXIMILIANVS Cæsar Italiae.

Legimus adflictæ lachrymas, & uerba precãtis
 Auxilium, nostræ sed tamen, Italiae.
 Legimus & turbasse comas, posuisse nitorem,
 Nec gemma digitos amplius esse graues.
 In nos causaris neglectæ crimina formæ,
 Et nimium lenta scribis abesse mora.
 Scribis, ut his curis uix possis ægra leuari,
 Et desperata pene salute mori.
 Si qua fuit, quam nos uelles misisse salutem
 Despice, nunc primum est illa ferenda tibi.
 Nam tua sic arimum permouit epistola nostrum,
 Ut placeant auido, quam stilus, arma magis,
 Et tibi non eadem ratio est, nec uelle uideris,
 Quisquis ut adflictam liberet Italiam.
 Nos regem, ut decet, agnoscis, dominumq; fateris.
 Dulce tui nomen Cæsaris illud amas.
 Hoc uetus, hoc supplex Augustum nomen adoras,
 Atq; Aquilas repetis libera signa tuas.
 Commemoras ueterum Mauortia facta parentum,
 Restitui per nos & petis ipsa tibi.
 Parce queri, seruaq; fidem, & spes concipe magnas,
 Iam tibi, ne dubita, nosler anhelat equus.
 Quantulacunq; nocet cupidis mora, nostra sub armis
 Est igitur uarijs littera fracta locis.
 Scribimus, & dictant iratæ uerba Camœnæ,
 Terribiles referunt singula uerba tubas.
 Nunc mihi Teutonicas uideor spectare phalanges.

Ex

MAXIMILIANI.

Ex una quoties scripta tabella plaga est,
 Nunc longas breuibus certare dolonibus hastas,
 Cum stetit hic uersus longior, ille breuis.
 Scilicet, ex ista promissam parte salutem,
 Ut missam posses dicere, cura fuit.
 Ergo ad te breuior tanto ibit epistola, quanto
 Pro te suscipiet longior arma manus.
 Namq; quid Alpinas fuerit mouisse sub arcus,
 Adflctam cum non ipsa querare minus?
 Mene Tridētini urbē superasse, Athesimq; fragosum
 Ludibrium famæ despicientis erit?
 Illa quidem non uana tuas peruenit ad aures,
 Atq; aliquid maius, quam loqueretur, erat.
 Sed quod, ut assueta est, præclaris derogat actis,
 Ex ista nobis parte maligna fuit.
 Expulit audaces Aquilæ præsentia Gallos,
 Tantus in Augusto nomine terror erat.
 Et neq; sustinuit metantem castra uidere,
 Quem poterat dici non timuisse prius.
 Quodq; minus potuit sumptis bellator in armis,
 Tentatum precibus, pene peregit opus.
 Sed retro cecisse doles, quererisque fuisse
 Non satis irata fulmina iacta manu.
 Hoc tibi quicquid erat, fugiente pepercimur illo,
 Cuius eras nobis crimine pene nocens.
 In tua nos patria grassari uiscera dextra,
 Finge age (et hoc aliquis cui placuisset erat)
 At potui, et uolui, cædentem longius ipsum

RESPONSORIA

Infestis Aquilis in sua regna sequi.
Quo minus id possem, commissum est fraude meorum.
Heu etiam nostris nunc male sancta fides.
Prisca fidem coluit sanctam Germania, nec gens
Clarius hac nobis, testis es ipsa, fuit.
Nunc sua perfidiae passim sunt praemia, passim
Perfida sacrilega pro stipe castra merent.
Quantum tu cuperes, si posses uera, negare
Apula non aliquo prodita regna dolo.
Quam male dissimulat, sub proditione nefanda
Cepisse anguigerum Gallica crista duces.
Nos quoque dii facerent, non amplius illa petisset,
Solaque de nobis perfida Brugi fores.
Iam neque plus nimio tardantes quaestis fuisses,
Inque sinu poterat nos habuisse tuo.
Quod non ille meis poterat nunc mitior armis
Adria, non pugnax impedisse Ligur,
An pacem toties Venetum petiisse rebellem
Nescis, et pondus non habuisse preces?
Quam fuit antiquam satius coluisse paludem,
Iratos terra quam tolerare deos?
Aspice, et ipsa tuos te contemplare per artus,
Non macula est Veneti sanguinis una tibi.
Illa quidem nostris nunquam feliciter armis
Restitit, in patrio gens animosa mari.
Perdita deflet adhuc amisso castra Roberto.
Pluraque in Austriaca signa uidenda domo.
Respice, teque retro bis quinque collige ab annis,

MAXIMILIANI.

Inuenies faustum hanc constituisse nihil.
Exiguo quoties numerosas milite turmas
Fudimus, & parua maxima castra manu?
Scit Padus & propior Mantuæ Myncius urbi,
Atq; Antenorei tecta superba Iaris.
Testis & æquoreæ clades lachrymosa Rauennæ,
Heu tellus quantum sanguinis illa bibit.
Scit Verona suis per nos animosior armis,
Nec toties uictam Brixia pulchra negat.
Mœnia nec miseræ quondam, nunc capta Cremonæ,
Nec Vicentinus, nec Mutinensis ager,
Ipsa paludosi dominatrix lenta profundi,
Ante suas legit fulmina nostra domus.
Linigri medio trepidarunt æquore nauæ,
Linquentes pauca retia lapsa manu.
Nunc erat utendum parua tot pace per annos,
Nostraq; felici Roma adeunda pede.
Ecce timet Latia clausus speculator in arce,
Fors Capitolinum surgere posse Iouem.
Ecce timet, Gallumq; uocat, dubitatq; manere
Sub domino Romam Cæsare posse suam.
Heu tibi cælestis collator prouide regni,
Debueras nobis hæc sinere, ista sequi.
Et cum credaris superiorum ianitor aulæ,
Cur aliena precor elaudere regna uoles?
Nos te Romanæ dominum ditionis & urbis
Fecimus, in capite est nostra corona tuo.
Vtere pace bona nobiscum, rebus inemptis.

RESPONSORIA

Contra nos nobis debita, stare ueta.
Nam qui promissi clauis promisit olympi,
Marta pro regnis non dedit arma tibi.
Pro populis baculum cepisti, pastor ut esses,
Non ut cum populis bella cruenta geras.
Nos tibi quam iustum est, quam nos debere fatemur,
Non uolumus sanctam non soluisse fidem.
Tu modo ne numium nobis insurge, nec unquam
Externos dominos in mea regna uoca.
Tu quoque ne dubita, regni pars optima nostri,
Vtilis ex multa parte querela tua est,
Indignos regnare doles, et Romula scribis,
Nescio cui misere prodita regna dolo.
Venit ab occiduo qui te conuellat Ibero,
Hinc Venetus partes abripit, inde Ligur.
Quodque magis miror, praedatrix Graecia tutam
Non sinit, hinc grauis est Illyris ora tibi,
Aspicias euerfas quasdam, et sine moenibus, urbes,
Squallidaque infirmi signa uetusta situ.
Et nunc, materia quod erat potiore dolendum,
In gremio claudis Gallica castra tuo.
Fer, confide deo, spera bene, lubrica nunquam
Fortuna in summo cardine stare potest.
Semper, et a prima surgentis origine Romae,
Fortunae facies non fuit una tibi.
Europa atque Asiae domuisti, et Punicae regna,
An rogo quod pudeat dicere, passa nihil?
Aspice foedantes incensam Senonas urbem,

MAXIMILIANI.

Patricioq; putres sanguine stare uias,
Quid memorem lectas saepe amisisse cohortes?
Quale tibi imposuit Samnis aquosa iugum?
Quam cito de Siculis pepulisti sinibus Afros?
Disimules uictam sepius esse licet.
Arma bis otonos Poeni tolerasse per annos,
Clade tua testis proxima es ipsa tibi.
Quam funesta tibi fuerint Thrasimena tempe,
Scit Trebia, et Ticino proxima rura tuo.
Quid lachrymabilius, Cannarum nomine Romae,
Tot simul amissis milibus esse potest?
An ne pharetratos Parthos impune laceassis?
Auxerat Euphratem sanguinis unda tui,
Europae domitum signis uetricibus orbem,
Asserere innumera non sine clade potes.
Ut taceam Gallos, quoniam pudet, aspice, quanti
Vincere pugnacem constitit Illyriam.
Ut taceam, quoscunq; mihi est numerare molestum,
Te quibus ipsa doces imposuisse iugum.
Nostra tuo quoties Germania milite tacta est,
Incepti poterat poenituisse tui.
Nec tibi tentatum genus infelicius ullum,
Cum seruam uelles, quae tibi nunc domina est,
Nec fortuna dedit cursum tibi semper eundem,
Nec similis uisa es perpetua ipsa tui.
Nunc oppressa malis, rebus nunc aucta secundis,
Nunc uer arripit, nunc tibi seuit hyems,
Spirat inaequali semper dea lubrica statim.

Eqm

RESPONSORIA

Aequatas rerum non amat illa uices,
Cuius ut exemplum uideas, te respice, dices
 Ludere fortunam non potuisse magis.
Nos quoq; per uarios eadem fors ipsa labores,
 Multiplici rerum lubricitate tulit.
Nobiscum nata est, & in ipso flore iuuentæ,
 Tota fere armorum gloria nostra fuit.
Vidit, & inuidit, quæ corripit omnia secum,
 Et signum in nobis se dedit esse deam.
Quodq; fuit nulla nobis ratione timendum,
 In propria carcer gente paratus erat.
Sæpe rebellantes toties uicisse Sycambros,
 Est iterum atq; iterum causa fuisse pium.
Quis fudisse acies Gallorum sæpe superbas
 Nescit, & ingenti strage dedisse neci?
Ad mea Pannoniæ tremuit domus arma, fuitq;
 Consultæ facies omnibus una fugæ.
Et nisi tot uariata modis fortuna fuisset,
 Vis mea bellaces contudit Heluetios.
Hæc tumidos gladio fudit uictore Bohemos
 Dextra, Palatinas cum sequerentur opes.
Infidos pepuli patrio de limite Turcas.
 O & adhuc aliqua gens adeunda manu.
Cuncta restare piget, nec enim breuis omnia chartæ
 Seruatura modum pagina ferre potest.
Nunc quoq; quanta tuis tot retro abeuntibus annis
 Ædiderim campis funera nemo rogat.
Quid mirum, si fortunæ cessasse parumper,

Dijfer

MAXIMILIANI.

Differre & tantum si uideamur opus?
Tu quereris, causasq; times, quæ sisse morandi,
Et spacium iusto maius abesse doles.
Et uelut admoneas, imitari exempla parentum,
Segritiem exprobras, desidiamq; notas.
Desine ab exemplis meiri facta, nec istis
Conferre antiquis tempora nostra uelis.
Quos tum commemoras geminorū splendor Othonū
Longe alia tantus conditione fuit.
Tunc neq; tot dominos habuit Germania reges,
Nec dum contemptus Cæsaris iste fuit.
Paruit Augustis patrij concordia regni.
Constituit proprium nemo sibi imperium.
Si quando expediit legiones ducere, & usquam
Martia in hostili ponere castra loco,
Militiam nemo tum detrectabat honestam,
Gloriaq; in castris Cæsaris esse fuit.
Nunc confisi opibus nobis blandimur, & inter
Summa uoluptates uiuere militia est.
Et nos quando adeo Cæsar sibi quisq; uidetur,
Accipimus præter nomen inane nihil,
Sæpe quidem mandata damus, regniq; senatum
Cogimus, auspicio deserimusq; bono.
Semper at hoc iterum faciendum iterūq; nec unquā,
Concilij finem lubricus orbis habet.
Donec inutilibus terimus conuentibus æuum,
Hostibus infidis quid nisi præda sumus.
Ah pudet Imperij, quoties illa inclyta mentem

Euxia

RESPONSORIA

Euxini subijt luxq; decusq; maris.
 At nisi nos fallant promissi oracula fati,
 Pro tali poenas crimine Turca dabis.
 Ante coegerimus Vexetum in sua stagna rebellem,
 Fregerimus cristam Galle superbe tuam.
 Tunc dabitur nostrae iam lapsa palatia Romae
 Visere, & Augusto Tybridis amne uehi.
 Quoq; minus dubites, iam non promissa, sed ipsam
 Aspice non ficto pondere stare fidem.
 Dum nos Vindelici praecipua Sueui
 Detinet, & populis Martia iura damus.
 Dum tibi Teutonicae fortissima pectora gentes,
 Tot coniuratis milibus arma parant.
 Interea Venetum sociatis milibus agmen,
 Quadraginta hominum millia Gallus agit.
 Iam tuto populatus agros, populatus & urbes,
 Abstulit irato fulmina pene Ioui.
 Haec scelus & nunquam uiolentia tuta pericli,
 Galle diu ludus non stetit iste tibi.
 Inclyta deerat adhuc tantis Verona triumphis,
 Spes nata est Venetis hanc quoq; posse capi.
 Ter frustra oppugnant, magna ter caede repulsi,
 Quod nequeunt armis, hoc uoluerunt minis.
 Dira quidem nostris ducibus, datur optio, uellent
 Siue urbem triduo tradere, siue mori.
 Improbè tu ne minis gentem terrere prohanis,
 Quam nequeas armis uincere, Galle uoles?
 Venit, & aërias iam tertia depulit umbras,

Propi

ITALIAE.

Propitia nostris luce reuēta dies.

Ecce adsunt, & prima alacres ad moenia Galli,

Tormenta adiiciunt, excidiumq; parant.

Porta fuit positis modicè firmata catenis,

Peruia tormentis sponte relicta ducum.

Qua licet irrumpunt, duris cataphrattus in armis,

Pars peditum nostræ maxima gentis erat.

Iamq; uidebantur toto sibi uincere Marte,

Iamq; serè illuuiēs tota recepta fuit.

Rupit ab insidijs, quod in istum iussimus usum,

Talibus hospitibus tale dare hospitium.

Hanc te ferre stipem miles Germane decebat,

Hæc erat officio gratia digna tuo.

Quid referam, quantam ædiderint tormenta ruina?

Horret adhuc animus, & meminisse graue est,

Pelluntur Veneti imbelles, Galli q; minaces.

Plura sed illorum millia cæsa manent.

Noster at interea uictrici exercitus urbi,

Aduenit, & spoliū, reliquiasq; legit.

Quem nunc ecce tuis uictorem cernis in oris,

Pro te, pro patria Martia castra sequi.

Spem nunc interea tibi nos præmittimus, ut sit

Quod manus multo polliceare tibi,

Vt taceam, quantas pro se Germania uires,

Quot queat inuictos mittere sola duces,

Vngarus accedit pugnax, acerq; Bohemus.

Et qui uasta ferox rura Polonus arat,

Ducet ab Occiduo turmas Hispanus Ibero,

RESPONSORIA

Fida suam nobis Anglia mittet opem.
 Finge age, non aliqua vires, non ulla sequantur
 Auxilia, Augusta destituantur opes.
 Sola potest Venetos tumidumq; repellere Gallum,
 Sueta utrumq; diu uincere nostra domus.
 Et mea non uno contenta est Austria regno,
 Mater & innumeris regibus illa fuit,
 Illius aspicias populis florentibus urbes,
 Gallorum vires dixeris esse nihil.
 Qua toties Venetum uirtute potentia fracta est,
 Hanc tibi, si nescis, Austria sola dedit.
 Rhenus ab Ausonijs quantum fugit Alpibus, et quod
 Hec inter spacium claudit utrumq; mare.
 Tam late patrum regnum exercemus, & illud
 Vix etiam Odrysijs terminat Ister aquis,
 Vnde nec imbelles Indos, mollesue Sabæos,
 Nec Persam medias ducimus inter opes.
 Sed genus acre uirum, ferroq; horrentia late
 Agmina, non aliquo sueta labore premi.
 Gentem animo infracto, patientem frigus & aestum,
 Tanq; sitim docta, quam tolerare famem.
 His ego tot populis Gallum prohibere minacem,
 Deq; tuo potui pellere, ut ante, sinu.
 Fortunæ sed erat cedendum temporis huius,
 Quam sepe inuitam detinuisse nocet.
 Nunc eadem euentum meliorem spondet, & audet
 Dicere, se facti, poenituisse sui.
 Fata datas æque rerum moderentur habenas,

MAXIMILIANI.

Certum est siue tibi uincere, siue mori:
Viribus imperij sociata resumimus arma:
Ducturi in fines protinus illa tuos.
Arma nec antiquum tantum uisura Tridentum,
Arma per Alpinas longè abitura niues,
Tum neq; raptoris uecoris insana Galli,
Euganei obsistet nec domina illa maris.
Non aliquem dices Friderichum animosius isse,
Europam atq; Asiam fregerit ille licet.
Tum mihi retrogrados Florentiâ pingere cancrôs
Audeat, & claro sub Ioue ferre fauces.
Tum medijs faxo recitent noua carmina scenis,
Contemptu careant nulla theatra mei.
Non tamen illa mouent, quantum tua damna precesq;
Vdaq; de lachrymis littera facta tuis.
Qua libet interea, quoniam licet, improba iactent
Consilia, ingrati pessima turba animi.
Pœna scelus sua quodq; manet, sine crimine læsa
Inuenit ultores gloria uera deos.
At tu passa graues motus, iam penè coloris
Indiga, iam morbis pallida, iamq; senex.
Que iam fracta malis, poteras & mortua credi:
Cui uitam aduentus spes fouet una mei,
Ecce nouum spondet rerum fortuna tenorem:
Iam cita desceuit, iam reuoluta rota est.
Adde nouas animo uires, priscumq; resumme
Ornatum, nec te iam periisse puta.
Nostra mane, nec cede malis, teq; inclyta serua,

INTERCESSIO

Exiguum est, quod nos tempus abesse ferēs.
Ante quidem quā tu, uel quisquam credere possit,
Polliciti cernes pondera plena mei.
Cetera quæ cuperes, tibi nos responsa feremus,
Armorum potuit litera ferre nihil.

VL R I C H I A B H V T
TEN EQVITIS GER. AD CARDI
nalem Hadrianum, uirum doctissimum, & Germano
rum in urbe patronum, pro Capnione
intercessio.

Inclyte Pierij tutor gregis, inclyte uates,
Quo potuit reddi iudice Roma sibi.
Cuius ab ingenio diuino tincta lepore,
Legimus Arctoi scripta sub axe poli,
Cuius & Hercynias quanquā ister obambulet arces,
Mirari didicit carmen & ingenium.
Fer Iuuenem Huttenum genua ad tua, uertice prono,
Pro Capnione suo supplicis esse loco.
Cernis, ut insensi conentur atrociam fratres,
Et tot in afflictum millia stare senem.
Intrepidus contra ille sedet, mens conscia recti
Hinc fidit, pauidos expulit inde metus.
Da media de plebe aliquem, da casibus istis,
Non poterit tantis pulsibus esse satis.
Spicca sceta quater iam torrida protulit aestas,

Stat